

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3013

**Auteur(s) :** Philippe de Carteret [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1167-1168]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation faite par Philippe de Carteret (avec le consentement de sa femme Nicolaa, son fils Renaud, et son neveu Guillaume), à l'abbaye du Mont St Michel de l'aumône de Jersey, qui comprend l'église de St Ouen avec ses appartenances, ainsi que la chapelle de Ste Marie et une habitation contiguë ; aumône devenue entièrement libre par l'abandon fait aux moines de diverses redevances consistant en paille, en avoine, en une pelisse, en une paire de bottes, en bassins, en une nappe et en cierges. Les moines accordent au donateur qu'un membre de sa famille soit reçu moine dans leur abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 35, p. 52-53.

## Dissertation critique

Datation proposée par l'édition.

Texte établi d'après a

Ne temporis accessu presentis rei geste veritas oblivionis nube tegatur perhennem illi memoriam scripture beneficio comparamus. Sit igitur semper et ab omnibus notum quod Ego Philipus de Cartrahio dono et confirmo et manu mea offero ad altare Sancti Michaelis in Monte Tumba ad opus ipsius Beati Michaelis et ecclesie sue et monachorum elemosinam meam et antecessorum meorum que est in Gersoio presentibus huic donationi et concedentibus uxore mea Nicholaa filio meo Raginaldo nepote meo Guillelmo multisque meis hominibus et amicis. In hac elemosina continetur ecclesia Sancti Audoeni integre et perfecte cum universis ad ipsam pertinentibus preter id solum quod de decimis frugum monachi Sancti Salvatoris et Sancti Moniales habere debent ; presbiterum vero querere et in ecclesia tenere vel remove ad monachos Sancti Michaelis libere pertinebit. Est etiam in hac elemosina capella Sancte Marie cum omnibus pertinentiis ejusdem juxta quam paravi et dedi monachis congruam mansionem. Ut autem hec nostra donatio Deo acceptior et nobis utilior esse possit omnem ab ea calumpniam et impedimentum excludimus et quietam prorsus dimittimus stramina frugum, tres sextarios avene, pelliceam, botas, pelves, mapulam, cereos que prius exinde querebamus et nostre elemosine perpetuam et quietam constituimus libertatem. Hoc etiam michi meisque successoribus a monachis est concessum quod si uni de propinquieribus consanguineis nostris monachatum petierimus uni soli successive si tamen clericus sit aut miles et persona conveniens annuetur et cum ad montem venerimus una nocte nobis hospitium tanquam fratribus exhibebunt. Actum est hoc anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo septimo pridie, Epiphanie, sexta feria, apud Montem

presente domno Roberto abbate et congregatione monachorum nostroque, sicut diximus, comitatu, testibus Thoma et Herberto sacerdotibus, Michaelae et Benedicto clericis, Matheo et Hugone Bigot laicis.